



Schenkungsurkunde des Strachfried an St. Gallen (758). Archiv des Stifts St. Gallen

Strachfried schenkt an St. Gallen seinen Besitz in Egringen, Oninchova und Müllheim. Kloster St. Gallen Oktober 27, Jahr 758

Sacrosantae ecclesiae sancti Gallonis monasterio in pago Durgauginsi, ubi Autmarus abbas esse videtur, Strachfridus in amore Domini nostri et remedie anime nostrae condonavimus ad ipso loco sancto, hoc est, in pago Brisigauginsi, in villa, qui dicitur *Aguringas*, quicquid ibidem visus est habire, et in alia villa, qui dicitur *Oninchova*, similiter et in tertia villa *Mulinhaimo*, hoc sunt casis, casalis, mancipiis, peculis, campis, pratis, viniis, silvis, aquis acquarumque decursibus, mobilibus, quecumque habuit apud se ipso ad ipsos sanctas tradidit. Siquis ego ipse aut de heredibus meis aut ulla obposita persona, qui contra hanc traditione ista venire temptaverit, quod nec fieri credo, sit culpabilis contra ipsos sanctos dupla repetitione sociante fisco auri libras III. et argenti V, et que repetit vindicare non prevaleat stipulatione subnexa. Actum in ipso monasterio. Datum VI kal. novembris. Ego Strachfridus donationem a me factam religi. † Signum † Gozperto † sig. † Anno † sig. † Putigo † sig. † Otberto † sig. † Lintramno † Frochonolfo † sig. † Gundimis.

Ego Theobaldus monachus hanc traditionem scripsi et subscripsi, anno VII regnante Pippino rege Franchorum, sub Chancharone comite.

(Deutscher Wortlaut dieser Urkunde s. Seite 312.)